

De oudste particuliere oorkonden van Werden (Ed. Blok) Nr. 60

Notum fieri cupio omnibus tam presentibus quam futuris, qualiter ego Erpo tradidi partem hereditatis mee ad eclesiam sancti Stephani que est constructa in pago Ruricgoa, in loco UUerithina, super fluvio Rurae; hoc est quod tradidi: iornales II de terra in Menithinne pro remedio anime mee; traditumque in perpetuum esse volo et propria manu firmaui, presensque traditio firma permaneat, stipulatione subnixa.

Acta in UUerithina monasterio, II idus nouebm, anno IIII regni domni Hlotharii regis, inductione VI. Signum Erponi qui hoc tradidit. Signum Meinhardi. Signum UUlfi. Signum Thiatradi. Signum Gerbaldus. Signum Helmbratti. Signum Thiatbaldi. Signum Frithubaldi. Ego Thiathardus diaconus rogatus scripsi et subscripsi.